

1510. 29. Julij

673.

Sigismundus I. Rex Poloniae Joanni Turo-  
rowski praefecto stipendiario:

164

Misuri sumus post paucos dies pecuniam sti-  
pendiarys Nris, quos ob merita & obsequia eo-  
rum erga Nos benevola gratia Nra singulari  
prosequi volumus, et praesertim, quod tibi Ca-  
pitaneo Suo, ut nobis relatum est obsequentes  
sunt; itaque postquam servitium ejus expirave-  
rit tu demum ipsos in eodem servitio retineas,  
et stabilias, et gratiam illis nostram promittas,  
pecuniamque, ut primum afferetur, inter eos dis-  
tribuas et stipendium promeritum dissolvas. Tui  
etiam rationem habebimus, scientes te in servitio  
Nro militari esse attentum ac vigilantem. Vale.  
Cracoviae, 29. Julij A<sup>o</sup> 1510.

1510. 29. Jul.

Handwritten Latin text, likely a letter or official document, written in a cursive script. The text is oriented upside down relative to the page's binding. It begins with a date at the top right and contains several lines of dense handwriting. A large, faint blue mark is visible on the left side of the page, partially overlapping the text.

151